θοῦνται δὲ, ἐὰν ἔχωσι διοικητὰς<sup>p</sup>), καὶ οἱ διὰ μαρτυ-  
ρίαν ἐξ ἐπαρχίας μετακληθέντες εἰς ἕτερον, ἢ εἰς Ῥώ-  
μην, ἢ πρὸς τὸν βασιλέα· καὶ οἱ διὰ δίκην ἢ ἐκκλητον  
ξενιτεύοντες. καὶ πάντες<sup>q</sup>) γενικῶς<sup>r</sup>) οἱ ἐξ ἀνάγκης  
ἀπολιμπανόμενοι ἀποκαθίστανται,

L. 27. κς'. ὁ) Οὐ μόνον ἐφ' οἷς ζημιοῦνται, ἀλλὰ καὶ ἐφ'  
D. eod. οἷς οὐ κερδαίνουσι<sup>l</sup>).

L. 28. pr. κη'. Καὶ οἱ εὐλόγως ἀπολιμπανόμενοι, τυχὸν ἐλευ-  
D. eod. θερίων χάριν σπονδασμάτων, ἐν ᾧ καὶ οἱ διοικηταὶ  
ἦτοι οἱ ἐντολεῖς αὐτῶν ἐτελετήσαν.

§. 1. Καὶ ὁ μὴ ὄν ἐν δεσμοῖς ἢ φυλακῇ, ἐὰν μὴ δυνήθῃ  
ἀπολειφθῆναι, ἵνα μὴ ὑποπέσῃ ἐγγύῃ, καὶ ζημιωθῇ,  
καὶ αὐτῷ καὶ κατ' αὐτοῦ δίδοται ἀποκατάστασις.

§. 2. Οὐχ, ὅτε νόμος ἐπιτρέπει, δίδοται ἀποκατάστα-  
σις, ἀλλ' ὅτε μὴ κωλύει.

§. 3. Ἐὰν<sup>u</sup>) πολλάκις ἀποδημήσω εἰς πρᾶγμα δημό-  
σιον, ὁ ἐνιαυτὸς τῆς ἀποκαταστάσεως μετὰ τὴν ὑπέ-  
ραν ἀποδημίαν ψηφίζεται<sup>v</sup>).

§. 4. Κατὰ τοῦ ἄγοντος μὲν ἐν ἐπαρχίᾳ τὴν κατοίχουσαν,  
ἄντος δὲ ἐν Ῥώμῃ, ἔχω ἀποκατάστασιν, εἴπερ<sup>w</sup>)

XXV. Aut etiam eum, qui non frustratur, sed  
propterea, quod pluribus rebus occupatus est, con-  
veniri non potest,

XXVI. Et cum iudex impedierit, restitutio con-  
ceditur.

Adversus relegatum restitutio conceditur.

Restitutio quoque conceditur adversus eum, qui  
invitus in ius non vocatur, si non defendatur, puta  
Consulem, Praetorem, ceterosque, qui imperium pote-  
statemve habent: non etiam adversus eos, qui per-  
missu Praetoris vocantur, puta parentem et patro-  
num: poterant enim per Praetorem vocari.

Si per magistratum actio mea perierit, sine dolo  
meo, restituitur: fortasse enim distulit, vel potestatem  
se adeundi non fecit, vel per gratiam ius non dixit.  
Alioquin si causa cognita denegavit actionem, non  
restituatur: sicuti nec si propterea, quod ipsi non ob-  
temperaverim, vel ex alia iusta causa iurisdictionem  
mihi denegaverit. Sed et si, dum apud sequentem  
Praetorem agere volo, dies actionis exierit, non mihi  
subvenitur.

Si propter solemnes ferias magistratus ius non  
dixerit et actio mea interierit, non succurritur mihi:  
prospicere enim debui, ne in eas inciderem. Sin  
autem extraordinariae feriae sint ob res prospere ges-  
tas, aut in honorem Principis, subvenitur mihi, ut  
eos dies recipiam, quibus propter ferias agere impe-  
ditus sum.

Si cum rem tuam possedissem uno forte minus  
die statuto in usucapionibus tempore, absens fuero  
reipublicae causa, post reditum meum restitutionem  
habet, ut unum diem recipias.

Restitutio conceditur et si qua alia iusta causa  
Praetori videbitur: ut puta legatis civitatum, licet  
reipublicae causa non absint. Adjuvantur autem, licet  
procuratorem habeant, et qui testimonii causa sint  
evocati ex una provincia in aliam, vel Romam, vel  
ad Principem, et qui litis vel appellationis gratia pere-  
grinentur. Et generaliter omnes, qui ex necessitate  
abfuerunt, restituuntur,

XXVII. Non solum, in quibus damnum patiuntur,  
sed etiam in quibus lucrati non sunt.

XXVIII. Et qui de causa probabili abfuerunt,  
puta liberalium studiorum causa, cum et procuratores  
eorum decesserunt.

Et qui in vinculis non est vel custodia, si ab-  
esse non possit, ne incidat in causam fideiussionis et  
damnum patiat, tam ipsi, quam adversus eum da-  
tur restitutio.

Restitutio non conceditur, cum lex permittit, sed  
cum non prohibet.

Si saepe abfuerit reipublicae causa, annus resti-  
tutionis post novissimam absentiam computatur.

Adversus eum, qui in provincia domicilium ha-  
bet, Romae autem est, restitutionem habeo, si ius

ἰ) Cap. 26. pr. habet Theod. κ) Theod. ἐμποδίσαι. λ) §. 7. habet Theod. m) ἢ addit Theod. Deest apud Fabr.  
n) Theod. pro ἐξτραβόδινα habet ἐξω τῶν πεπραγμένων. o) Theod. αἰσίαν. p) Cuiacius Obs. XIX. 14. conciliare studuit  
L. 26. §. ult. D. IV. 6. cum L. 39. D. eod. et recudendam curavit Theodori interpretationem. q) Inde a πάντες haec habet  
Syn. p. 121. r) Syn. κῶς. Leuncl. in marg. γενικῶς. s) Cap. 27. Syn. habet p. 121. sq. t) Syn. κερδαίνουσι. u) §. 3.  
4. 5. habet Theod. Ceterum non bene reddiderant Basilica §. 3. h. l. ut notat Iensius Notit. Basil. §. XI. p. XLVII.  
v) Theod. male ψηφίζεται. w) Theod. ὅπερ.

εἶχον x) δίκαιον τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἴδιον οἶκον. εἰ δὲ μή, οὐκ ἔχω· ἠδυνάμην γὰρ ἐν Ῥώμῃ προκατάρ-  
 ζασθαι.

Οὐ μόνον ἀγωγὴ, ἀλλὰ καὶ παραγραφὴ ἀρμόζει  
 τῷ εἰς πρᾶγμα δημόσιον ἀπολειφθέντι.

Τοῦ στρατιώτου ἀπολειφθέντος καὶ μὴ διεκδικη-  
 θέντος, ἢ διδομένη αὐτῷ καὶ κατ' αὐτοῦ ἀποκαταστα-  
 τικὴ ἀγωγή περιέχει καὶ κυριῶν τοῦ μέσου χρόνου ἀπο-  
 καταστάσιν.

κθ'. Ἴνα μηδενὶ τὸ δημόσιον ὀφείδιον ἐπικερδῆς  
 ἢ ἐπιζήμιον γένηται.

λ'. Εἰ καὶ ὁ κληρονόμος τοῦ στρατιώτου πληρώσει  
 τὴν ἀρχαίαν παρ' αὐτοῦ διὰ χρήσεως κυριότητα, χώρα  
 τῇ ἀποκαταστάσει· ὡς ἐπὶ πολλῶν γὰρ καὶ πρὸ ὑπειρε-  
 λεύσεως τῆς κληρονομίας ἢ y) διὰ χρήσεως κυριότης  
 πληροῦται.

Ἐὰν ὁ καλῆ πίστει εἰς πρᾶγμα δημόσιον ἀπολει-  
 φθεὶς διὰ χρήσεως κτήσεται πρᾶγμα, καὶ οὕτως αὐτὸ  
 πωλήσῃ, ὑπόκειται, ἵνα μὴ κερδάνῃ. κὰν καταδικασθῇ  
 ὁ ἀπολειφθεὶς, χώρα τῇ ἀποκαταστάσει.

λα. z) Ἐὰν ὁ εἰς πρᾶγμα δημόσιον ἀπὸν διὰ χρή-  
 σεως κτήσεται μου τὸ a) πρᾶγμα, καὶ δράξωμαι τῆς  
 νομῆς αὐτοῦ, καὶ ἐπέσω, οὐ πρόσκαιρον, ἀλλὰ διηρηκὴ  
 ἀγωγὴν ἔχω.

λβ. b) Ἀπεῖναι δοκεῖ εἰς πρᾶγμα δημόσιον ὁ ἐξελ-  
 θὼν Ῥώμης, κὰν ἔτι ἐστὶν ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ ἕως οὗ εἰς  
 Ῥώμην ὑποστρέφει· ὡς οἱ ἀνθύπατοι καὶ οἱ λεγάτοι,  
 καὶ οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχόντες, καὶ οἱ ἐν αὐταῖς τοῦ  
 βασιλέως διοικηταί, καὶ οἱ τριβοῦνοι τῶν στρατιωτῶν,  
 καὶ ἐπαρχοὶ, καὶ συνέδροι, καὶ δομέστικοι τῶν ἀρχόν-  
 των. οἱ c) σίτησιν ἔχοντες ἐκ τοῦ δημοσίου βοηθοῦνται.

λγ'. Καὶ οἱ τοῦ δημοσίου συνήγοροι.

Οἱ ἐξέπτωρες δοκοῦσιν ἀπεῖναι εἰς πρᾶγμα δη-  
 μόσιον.

Καὶ d) οἱ τῶν στρατιωτῶν ἰατροὶ ἔχουσιν ἀπο-  
 καταστάσιν.

λδ. e) Ὁ στρατιώτης μετὰ ἐπολύσεως ὧν ἐν τῷ  
 ἴδιῳ οἴκῳ οὐκ ὑπεστὶν εἰς πρᾶγμα δημόσιον· οὔτε ὁ  
 μισθωσάμενος δημόσια τέλη.

λε. Οἱ στρατολογοῦντες καὶ οἱ ἄγοντες καὶ ἀπάγον-  
 τες τοὺς στρατιώτας εἰς πρᾶγμα δημόσιον ἄπεισι.

Καὶ οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ συγκαίρειν τῷ βασιλεῖ.

Ἐν ταῖς ἐπαρχίαις διοικηταὶ τοῦ βασιλέως, κὰν  
 πολλοὶ ἐπὶ διοικήσει διαφόρων πραγμάτων εἰς τὴν αὐ-  
 τὴν ἐπαρχίαν πεμφθῶσι, καὶ ὁ αὐγουστάλιος Ἀλεξαν-  
 δρείας, καὶ ὅστις διὰ δημοσίαν αἰτίαν ἔξωθεν ἐστὶ Ῥώ-  
 μης· καὶ οἱ ἐν Ῥώμῃ στρατιῶται,

Καὶ ὁ ληστοδικτῆς· καὶ παγανὸς ἐὰν κελύσει τοῦ  
 στρατηγοῦ ἐξελθὼν εἰς παράταξιν ἐν αὐτῇ τελευτήσῃ,  
 βοηθεῖται ὁ κληρονόμος αὐτοῦ.

Ὁ διὰ πρᾶγμα δημόσιον τῆς Ῥώμης ἢ τῆς ἰδίας  
 πόλεως ἐξελθὼν ἀπεῖναι δοκεῖ, κὰν διὰ Ῥώμης πάρο-  
 δον ἔχη· καὶ ἐν ὅσῳ ἐστὶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ, τὸ αὐτὸ καὶ  
 ἐπὶ τοῦ πρᾶκτοντος πρᾶγμα δημόσιον ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ.  
 καὶ ὁ ἀπὸν καὶ ὑποστρέφων ἀπὸ τῶν στρατοπέδων ἐπὶ  
 τῷ ee) στρατευθῆναι.

Ὁ στρατιώτης λαβὼν ἀπόλυσιν, ἐφ' ὅσον ἐστὶν

revocandi domum habeam: sin minus, non habeo: Romae enim litem contestari poteram.

Ei, qui reipublicae causa abfuit, non solum actio, §. 5.  
 sed etiam exceptio competit.

Si miles abfuerit nec defensus sit, actio resti- §. 6.  
 tutoria, quae ei et adversus eum datur, fructuum quo-  
 que medii temporis restitutionem continet.

XXIX. Ne cui officium publicum damno vel com- L. 29.  
 pendio sit. D. IV. 6.

XXX. Licet heres militis coeptam ab eo usuca- L. 30. pr.  
 pationem impleverit, locus est restitutioni: plerumque D. eod.  
 enim et ante aditionem hereditatis usucapio com-  
 pletur.

Si is, qui bona fide reipublicae causa abfuit, per §. 1.  
 usum rem acquisiverit, et sic eam alienaverit, edicto  
 subiacet, ne lucrum faciat. Licet absens condemna-  
 tus sit, restitutioni locus est.

XXXI. Si is, qui reipublicae causa abest, per L. 31.  
 usum rem meam acquisierit, et possessionem eius na- D. eod.  
 ctus sim, et postea amiserim, non temporalem, sed  
 perpetuam actionem habeo.

XXXII. Abesse reipublicae causa videtur, qui ab L. 32.  
 urbe Roma profectus est, licet adhuc in Italia sit, D. eod.  
 donec Romam revertatur: veluti Proconsules et le-  
 gati, et qui provinciis praesunt, et procuratores Prin-  
 cipis in iis, et tribuni militum, et praefecti, et asses-  
 sores et domestici Praesidum. Qui annonam ex pu-  
 blico accipiunt, adiuvantur.

XXXIII. Et patroni fisci. L. 33. pr.  
 Exceptores videntur abesse reipublicae causa. D. eod.

Etiam militum medici restitutionem habent. §. 2.

XXXIV. Miles, qui cum commeatu domi suae L. 34.  
 est, reipublicae causa non abest: neque qui vectigalia D. eod.  
 publica conduxit.

XXXV. Qui milites deligunt, quique milites du- L. 35. pr.  
 cunt et reducunt, reipublicae causa absunt. D. eod.

Et qui missi sunt ad gratulandum Principi. §. 1.

In provinciis procuratores Principis, licet plures §. 2. 3. 4.  
 ad administrationem rerum diversarum in eandem pro-  
 vinciam mittantur, et Augustalis Alexandriae, et quis-  
 quis ob causam publicam extra Romam est: et mili-  
 tes, qui Romae sunt,

Et latrunculator: et si paganus iussu ducis in §. 5. 6.  
 expeditionem transierit in eaque decesserit, heres eius  
 adiuvatur.

Qui reipublicae causa Roma aut urbe sua pro- §. 7. 8.  
 fectus est, abesse videtur, etiamsi per Romam trans-  
 itum habeat: et quamdiu in provincia est. Idem et  
 in eo, qui rem publicam in provincia administrat: et  
 qui in castra abiit ex iisque rediit militaturus.

Miles, qui commeatum impetravit, quamdiu domi §. 9.

x) Theod. εἶχε. y) ἢ reposui pro ἧ, quod habet Fabr. z) Theod. cap. 31. habet. a) τὸ addit Theod. Deest apud Fabr. b) Vide, quae de lectione initii huius fragmenti Digestorum, Basilicis quoque in auxilium vocatis, disputaverunt Cuiacius Obs. XII. 23. et Bynkershoek Obs. VI. 18. c) Equidem haec cum praecedentibus iungere malim, quam cum Fabro ab iis separare. d) §. 2. cap. 33. habet Theod. e) Theod. et Syn. p. 122. cap. 34. iisdem verbis exhibet. ee) Fabr. τό.



ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ, οὐκ ἄπεισιν εἰς πρᾶγμα δημοσίον, ἀλλ' ἐν τῷ ἀπιέναι καὶ ὑποστρέφειν.

- L. 36. λς'. Οὐ λέγομεν ἀπιέναι <sup>h)</sup> εἰς πρᾶγμα δημοσίον  
D. IV. 6. τοὺς μὴ κατὰ ἀνάγκην <sup>g)</sup>, ἀλλὰ διὰ <sup>h)</sup> κέρδος ἴδιον ἀπόντας.
- L. 37. λζ'. Ὁ περαιτέρω τοῦ νομίμου χρόνου ἐν τῇ ἰδίᾳ  
D. eod. συνεδρεῶν ἐπαρχία οὐκ ἄπεισιν εἰς πρᾶγμα δημοσίον.
- L. 38. pr. λη'. Ἐγκλημα γὰρ πλημμελεῖ, εἰ μὴ ῥητῶς ὁ βασι-  
D. eod. λεὺς ἐπιτρέψει.
- §. I. <sup>o)</sup> πληρώσας τὸ ὀφρῆκιον ἀπιέναι <sup>k)</sup> εἰς πρᾶγμα  
δημοσίον παύεται, ὑπεξαιρουμένων τῶν ἡμερῶν τῶν  
κατὰ νόμον ἀρκουσῶν αὐτῷ εἰς τὸ ὑποστρέφειν· εἰ μὴ  
διὰ νόσον ἢ χεμιῶνα ἢ τυχηρὰν ἑτέραν <sup>l)</sup> αἰτίαν ἐνε-  
ποδίσθη.
- L. 39. λθ'. Ἐὰν κατέλιπε <sup>m)</sup> φροντιστὴν ὁ εἰς πρᾶγμα δη-  
D. eod. μόσιον ἀποδημῶν, οὐκ ἀποκαθίσταται.
- L. 40. pr. μ'. Ὁ στρατιώτης ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κἀμνειν ὑπὲρ  
D. eod. τῆς πολιτείας ἐγκληματικῆς οὐκ ἐκπίπτει κατηγορίας.
- §. I. Τῷ <sup>n)</sup> περιορισθέντι νήσῳ καὶ ἀφεθέντι <sup>o)</sup> δίδεται  
ἀποκατάστασις περὶ τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ διὰ χρή-  
σεως κρυενθέντων ἐκ τῶν μὴ εἰσκομισθέντων <sup>p)</sup> αὐτοῦ  
πραγμάτων <sup>q)</sup>.
- L. 41. μα'. Ἐὰν ληγατευθῇ τιμὴ ἐτήσιον, ἐφ' ὅσον ἐστὶν  
D. eod. ἐν Ῥώμῃ, ἢ ὑπὸ αἰρεσιν τῆν, ἐὰν ἐν καιρῷ τῆς τοῦ  
διαθεμένου τελευτῆς ἐκεῖ εὐρεθῇ, καὶ ἀποκαταστῇ, ὡς  
εἰς πρᾶγμα δημοσίον ἀπολειφθεῖς, δίδωσι καὶ αὐτὸς  
τὸ παρ' αὐτοῦ καταλειφθὲν ληγάτον· καὶ τῷ στρα-  
τιώτῃ γὰρ ἐκπίπτουσι κληρονομίας διὰ τὴν εἰς πρᾶγμα  
δημοσίον ἀπουσίαν ἢ ἀποκατάστασις γίνεται ἐπὶ τῷ  
δοῦναι τὰ λεγάτα καὶ φειδικόμισσα <sup>r)</sup>.
- L. 42. μβ'. Οὐκ ἄπεισιν εἰς πρᾶγμα δημοσίον ὁ δι' οἰκεῖον  
D. eod. πρᾶγμα προσβέδων.
- L. 43. μγ'. Ὁ ἐπερωτήσας, ἐφ' ὅσον αὐτὸς ἢ ὁ ὁμολογῶν  
D. eod. δίδωσι ἐν Ῥώμῃ, ἔχει οὐτιλίαν, τοῦ ἐνὸς αὐτῶν εἰς  
πρᾶγμα δημοσίον ἀπολειφθέντος.
- L. 44. μδ'. <sup>s)</sup> Ὁ εἰς πρᾶγμα δημοσίον ἀπολειφθεῖς, βλα-  
D. eod. πτόμενος ἐν πρᾶγματι, ἐν τῷ καὶ χωρὶς τῆς ἀποδημίας  
ἐβλάπτετο, οὐκ ἀποκαθίσταται.
- L. 45. με'. Οἱ στρατιῶται πάντες οἱ μὴ δυνάμενοι τῶν  
D. eod. ἰδίων ταγματῶν ἀκινδύνως ἀναχωρεῖν, εἰς πρᾶγμα δη-  
μόσιον δοκοῦσιν ἀπιέναι.
- L. 46. μς'. Οἱ διὰ πρᾶγμα δημοσίον ἀπολιμπανόμενοι καὶ  
D. eod. κατ' ἀλλήλων ἀποκαθίστανται.
- L. I. μζ'. Ἡ <sup>t)</sup> παρούσα διάταξις παραδίδωσιν ἡμῶν κάλ-  
C. II. 52. λιστον νόμιμον· γυνὴ γὰρ ἔχουσα προσκαίρους ἀγωγὰς  
συναπεδήμησε τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ διὰ πρᾶγμα δημοσίον ἐκ-  
δημοῦντι. καὶ ἐν τῷ χρόνῳ τῆς ἀποδημίας αὐτῆς παρέ-  
δραμεν ὁ χρόνος καὶ ἐδαπανήθησαν αἱ ἀγωγαὶ αὐτῆς.  
καὶ προσῆλθε βασιλεῖ, ἔξαιτούσα, μὴ ἀδικηθῆναι. καὶ  
ἀντέγραψε <sup>u)</sup> πρὸς αὐτὴν <sup>v)</sup> ὁ βασιλεὺς οὕτως· Τῶν  
προσκαιρῶν ἀγωγῶν ἀποκλεισθείσας ταῖς γυναιξίν, αἱ  
τινες μετὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν διὰ πρᾶγμα δημοσίον ἀπόν-  
των ἔξετίτευσαν, κατὰ μίμησιν τῶν στρατιωτῶν συντρέ-  
χων ἡμῶς εἰσθῆναι, οὐκ ἔστιν ἄγνωστον.

suae est, non abest reipublicae causa, sed dum abit et redit.

XXXVI. Reipublicae causa abesse non dicimus eos, qui non necessitate, sed sui commodi causa absunt.

XXXVII. Qui ultra tempus legitimum in provincia sua assidet, reipublicae causa non abest.

XXXVIII. Crimen enim admittit, nisi nominatim ei Princeps permiserit.

Qui officio functus est, desinit abesse reipublicae causa, exceptis diebus, qui ipsi secundum legem ad revertendum sufficient: nisi infirmitate aut hieme aut alia causa fortuita impeditus sit.

XXXIX. Si is, qui reipublicae causa abest, procuratorem reliquerit, non restituitur.

XL. Miles eo tempore, quo reipublicae operam dat, criminali accusatione non excidit.

In insulam relegato et restituto conceditur restitutio, de eis, quae eo tempore usucapta sunt ex bonis eius fisco non illatis.

XLI. Si cui legatum annum relictum sit, quoad Romae erit, aut sub hac conditione, si mortis testatoris tempore ibi inveniretur, et restitutus fuerit, tanquam reipublicae causa absens, fideicommissum a se relictum et ipse praestat: nam militi quoque, qui hereditate excidit propter absentiam reipublicae causa, restitutio fit, ut legata et fideicommissa praestet.

XLII. Non abest reipublicae causa, qui sui negotii causa in legatione est.

XLIII. Qui stipulatus est in tantum tempus, quantum ipse vel promissor Romae degit, utilem actionem habet, si alteruter eorum reipublicae causa abfuerit.

XLIV. Is, qui reipublicae causa abest, in re laesus, in qua, etsi non abfuisset, laesus fuisset, non restituitur.

XLV. Milites omnes, qui discedere signis suis sine periculo non possunt, reipublicae causa abesse videntur.

XLVI. Qui reipublicae causa absunt, invicem quoque restituuntur.

XLVII. Haec constitutio pulcherrimum nobis ius tradit: uxor enim, quae temporales actiones habebat, cum marito suo reipublicae causa absente peregrinata est: et absentiae eius tempore tempus praeteriit et actiones eius consumtae sunt. Principem adiit postulans, ne damnum pateretur: ad quam Princeps ita rescripsit: Temporalibus actionibus exclusis mulieribus, quae cum maritis reipublicae causa absentibus peregrinatae sunt, ad exemplum militum subvenire nos solere, non est ignotum.

f) ἀπιέναι addit Theod. et Syn. p. 122. In Cod. Bieneriano Theodori scriptum est ἀπῆναι. Habet et Fabr. g) Theod. κατ' ἀνάγκην. h) διὰ addit Theod. et Syn. Deest apud Fabr. i) §. 1. cap. 38. habet Theod. k) Theod. ἀπῆναι. l) ἑτέραν omittit Theod. m) Malim καταλίαν. Theod. tamen et Fabr. in lectione κατέλιπε consentiunt. n) §. 1. cap. 40. habet Theod. longe pleniorum, quam Fabr. o) Theod. ὀφρῆθεντι. p) sc. εἰς τὸν δημοσίον. q) Theod. addit ἐν κειμένῳ, in textu: τῶν ἐκθέντων αὐτῷ· καὶ διὰ χρήσεως δεσποσάντων κατὰ τὸν καιρὸν, ἐν αὐτὸς περιορισμένος (Cod. Biener. περιορισμένος) ἐν τῇ νήσῳ ἐλύγχε, καὶ δι' αὐτῆς ἀποσχίζων τὴν διὰ χρόνον δεσποτεῖαν αὐτῶν καὶ ἀναλαμβάνειν τὰ ἴδια. r) Malim φειδικόμισσα. Fabr. λεγάτα καὶ φειδικόμισσα. s) Cap. 44. iisdem verbis exhibit Theod. t) Theod. cap. 47. totum exhibit. Male tamen apud eum interpretationis sive ἰσχυρείας locum obtinet ad textum §. 1. cap. 40. h. t. quod incipit verbis: Τῷ περιορισθέντι νήσῳ κ. τ. λ. Nihilosecius huic cap. 47. quod apud Theod. est ἰσχυρεία, rursus ἰσχυρεία eiusdem subiecta est, unde patet, esse textum, non interpretationem. u) Theod. ἀντέγραψεν. v) πρὸς αὐτὴν deest apud Theod.



μή. w) Γυνή στρατιώτου ἐπὶ πολλὸν χρόνον συναπε-  
 λείφθη τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ. ἀλλὰ ταύτης ἀπολιμπανομένης,  
 ἑτέρος τις x) οἶκον διαφέροντα ταύτῃ τῇ γυναικὶ διε-  
 πώλησε, καὶ παρέδραμε μετὰ τὴν πρώσιν χρόνος το-  
 σοῦτος, ὥστε ἀρτίσαι τῷ ἀγοράσαντι τὴν τοῦ μακροῦ  
 χρόνου παραγραφὴν. ἐπανελθούσα οὖν μετὰ χρόνον  
 τοσοῦτον ἢ γυνὴ τοῦ στρατιώτου ἐκίνει, βουλομένη  
 τὸν ἴδιον οἶκον διεκδικῆσαι y). ὁ δὲ ἀγοραστὴς ἀντετί-  
 θεῖ αὐτῇ τὴν τοῦ μακροῦ χρόνου παραγραφὴν. ἢ δὲ  
 ἐκέχρητο τῷ νόμῳ τῷ λέγοντι, τὴν συναποδημοῦσαν  
 τῷ z) ἀνδρὶ διὰ δημόσιον πρῶγμα ἀπολιμπανόμενῳ μὴ  
 ἀδικεῖσθαι διὰ τὴν τοῦ μακροῦ χρόνου παραδρομὴν,  
 καὶ προσῆλθε βασιλεῖ περὶ τούτου. ὁ δὲ βασιλεὺς  
 πρώτον μὲν εἶπε τὸ γενικὸν νόμιμον, ὅτι τῇ συναπο-  
 δημούσῃ τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ στρατιώτῃ ὄντι οὐκ ἀντίκειται  
 μακροῦ χρόνου παραγραφὴ. λοιπὸν δὲ πρὸς τὸ προ-  
 κείμενον ἐλθούσα ἢ διάταξις λέγει· ὅτι διὰ τῆς χρονίας  
 ταύτης ἀπουσίας ὑπονοῶ, πανουργίαν τινὰ γεγενῆσθαι  
 παρὰ a) ταύτης τῆς γυναικός· τί δὴποτε γὰρ b) ἐν χρό-  
 νοῖς τοσοῦτοις οὐκ ἐπεμψε καὶ ἐπεζήτησε c) τὸν ἴδιον  
 οἶκον; διὰ τοῦτο οὖν φησιν, εἰ καὶ ἀποδείξει αὐτῇ d)  
 ἢ γυνὴ, ἑαυτῇ προσήκειν τὸν οἶκον τὸν ἐν τῇ ἀπουσίᾳ  
 αὐτῆς πεπραμένον, οὐκ ἄλλως ἀναλήφεται τὸν οἶκον  
 τὸν ἐν τῇ ἀπουσίᾳ αὐτῆς πεπραμένον e), εἰ μὴ κατα-  
 βάλλῃ τὸ τίμημα, οὐ τὸ ἐγκείμενον τῷ ὠνεακῷ συμβο-  
 λαίῳ, ἀλλὰ τὸ αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ καταβληθέν.

TITULUS 45'.

Ἐκ ποίων αἰτιῶν μείζονες εἰς δόλοκληρον  
 ἀποκαθίστανται).

α'. Προσβείαν τις ἐμπιστευθεὶς πρὸς βασιλέα δια-  
 κομισαί, ἀπολιμπανόμενος διὰ τὴν προσβείαν καὶ παρὰ  
 μηδενὸς διεκδικούμενος κατεδικάσθη. ἐπανελθὼν τῆς  
 προσβείας βούλεται ἀνατρέφαι τὴν ἀπόφασιν καὶ ἔνω-  
 θεν δικάσασθαι. καὶ προσδεχόμενος τὴν αἴτησιν αὐ-  
 τοῦ ὁ βασιλεὺς ἀντιγράφει πρὸς αὐτὸν οὕτως· Ἐἰ διὰ  
 τὸ ὄφφικιον τῆς προσβείας τῆς πρὸς ἐμὲ μετὰ πίστεως  
 καλῆς ἀπίων, ἀδικολόγητος ὑπάρχων κατεδικάσθη, τὴν  
 ἀνανέωσιν τοῦ δικαστηρίου δικαίως ἐπιζητεῖς, ἵνα ἐξ  
 ἀκεραίου ταῖς δικαιολογίας χρῆσθαι ταῖς σαῖς· καὶ  
 ἐκείνους γὰρ, οἳ τινες τῷ τῆς προσβείας ὄφφικίῳ κέ-  
 χρηται, ἐν τούτῳ εἶναι τῷ προνομίῳ, ἐν ᾧ εἰσιν οἱ β)  
 δημοσίων ἕνεκα πραγμάτων ἀπολιμπανόμενοι, ἐδέχθη.

β'. Ἐνίκα περὶ φαλκιδίων γίνεται λόγος, τῶν λη-  
 γαταρίων λεγόντων τῷ κληρονόμῳ, ὡς ἔχει τὸν φαλ-  
 κιδίον ἀπὸ γνώμης τοῦ διαθεμένου, καὶ οὐδὲν ὀφείλει  
 παρακατασχεῖν ἐκ τῶν ληγάτων, νερόμισται, δίδοσθαι  
 τούτου χάριν διαιτητῆν τὸν ὀφειλοντα διαγῶναι περὶ  
 τοῦ φαλκιδίου. ὅτι δὲ καὶ οἱ καρποὶ οἱ ἐξ ὑπερθέσεως  
 παρὰ τοῦ διαθεμένου διδομένης, λαμβανόμενοι δὲ παρὰ  
 τοῦ κληρονόμου ψηφίζονται αὐτῷ εἰς φαλκιδίον, ἔγνω-  
 μεν ἐν τῷ περὶ ληγάτων. ἐλθόμεν τοίνυν ἐπὶ τὸ προ-  
 κείμενον. ἐγράφη τις κληρονόμος καὶ ἠξιώθη πάσαν  
 ἀποκαταστῆσαι τὴν κληρονομίαν τινί, ὑπὸ αἰρεσιν, ἢ  
 ὑπὸ ῥήτην ἡμέραν. ἀλλὰ τῆς ἡμέρας ἐνστάσης ἢ τῆς

w) Cap. 48. totum habet Theod. x) τις deest apud Theod. y) Malim ἐκδικῆσαι. Theod. διεκδικεῖν. z) Theod. addit  
 ἰδίῳ. a) Theod. περὶ. b) γὰρ deest apud Theod. c) Literae ἐπ in verbo ἐπεζήτησε in Cod. Bien. Theodori alia manu  
 superscriptae sunt. d) αὐτῇ reposui cum Theod. pro αὐτῇ, quod habet Fabr. e) Verba τὸν ἐν τῇ ἀπουσίᾳ αὐτῆς πεπρα-  
 μένον hic apud Fabr. repetita desunt apud Theod. f) Sic Fabr. Index titulorum Coisl. et Theod. hanc inscriptionem  
 exhibeat: τίνες ἐξ αἰτιῶν μείζονες κ. τ. λ. ut Fabr. Certe legendum est τίνων ἐξ αἰτιῶν. g) Addendum τῶν.

XLVIII. Uxor militis diutissime absuit cum ma-  
 rito. Absente autem ea, alius quidam domum ad  
 hanc mulierem pertinentem vendidit, et post vendi-  
 tionem tantum temporis lapsus est, ut emptori longi  
 temporis praescriptio competeret. Uxor igitur militis  
 post tantum tempus reversa egit, domum suam vin-  
 dicare volens. Emptor autem ei longi temporis prae-  
 scriptionem opponebat. Illa vero lege utebatur, quae  
 statuit, ut uxori cum marito reipublicae causa ab-  
 sente profectae longi temporis praescriptio non no-  
 ceat: deque ea re Principem adiit. Princeps autem  
 primo quidem ius generale proposuit, uxori, quae  
 cum marito milite absuit, longi temporis praescriptio-  
 nem non obici. Deinde constitutio ad id, quod pro-  
 positum erat, veniens ait: Per hanc diutinam absentiam  
 suspicor, dolum quendam ab hac muliere factum  
 esse: cur enim tanto tempore non misit et domum  
 suam repetiit? Propterea igitur, inquit, licet haec  
 mulier domum absente se venditam ad se pertinere  
 monstraverit, non aliter domum absente se venditam  
 recipiet, nisi pretium solverit, non quod instrumento  
 emtionis continetur, sed quod revera solutum est.

L. 2.  
 C. II. 52.

TITULUS XXXVI.

Quibus ex causis maiores in integrum  
 restituntur.

I. Is, cui legatio ad Principem commissa est,  
 legationis causa absens et a nemine defensus con-  
 demnatus est. Redux ex legatione sententiam revo-  
 care et denuo litigare vult. Et Princeps desiderio  
 eius admissio ita ei rescribit: Si propter officium  
 legationis ad me bona fide absens, cum indefensus  
 esses, condemnatus es, instaurationem iudicii iure  
 desideras, ut ex integro defensionibus tuis utaris:  
 nam eos quoque, qui legationis officio funguntur, in  
 eo privilegio esse, in quo sunt, qui reipublicae causa  
 absunt, receptum est.

L. 1.  
 C. II. 51.

II. Cum de lege Falcidia sermo sit, legatariis  
 contententibus, heredem ex iudicio defuncti Falci-  
 diam habere, nec quicquam eum ex legatis retinere  
 debere, arbiter huius rei gratia dari solet, qui de  
 Falcidia cognoscat. Fructus autem ex dilatione a  
 testatore data ab herede perceptos in Falcidiam ei  
 imputari, didicimus titulo de legatis. Veniamus igitur  
 ad speciem propositam. Quidam heres scriptus  
 fuerat, ac totam hereditatem restituere alicui sub  
 conditione vel ex die certa rogatus erat. Verum cum  
 dies instaret vel conditio extitisset, fideicommissarius  
 quidem totam hereditatem sibi restitui desiderabat:

L. 2.  
 C. eod.

αἰρέσεως ἐξεληούσης ὁ μὲν φειδικομισσάριος ἀπήτει, δλόκληρον ἀποκαταστήσαι ἢ) αὐτῷ τὴν κληρονομίαν· ὁ δὲ κληρονόμος ἔλεγεν· οὐκ ἔχω τὸ τρίτον ἀπὸ γνώμης τοῦ διαθεμένου, καὶ παρακατέχω αὐτό, καὶ ἐκ τοῦ νομίμου δόγματος οὐκ ἀποκαθιστάω. ἀλλ' ἀντεῖθαι ὁ φειδικομισσάριος, ὅτι κἄν μὴ κατέλιπέ σοι ὁ διαθέμενος τὸ τρίτον, ἀπὸ τῶν καρπῶν τῶν γενομένων ἐκ τῆς ὑπερθέσεως, ἣν δέδωκεν ὁ διαθέμενος, ἐπληρώσῃς ἰ) τὸν φαλκίδιον. ἀρνούμενον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο τοῦ κληρονόμου, ἐδόθη διαγνώμων ὁ ὀφείλων διαγνώμην, εἴτε ἐπλήρωσαν αὐτῷ οἱ καρποὶ τὸ τρίτον, εἴτε καὶ μὴ· ἀλλὰ μετὰ τὴν δόσιν τοῦ διαγνώμονος αἰτιαθεὶς παρ' ἑτέρου τινός κ) κληρονόμος ὑπὸ στρατιωτικὴν ἀσφάλειαν γέγονε, καὶ οὐκ ἠδυνήθη παραγενέσθαι πρὸς τὸν διαγνώμονα, τὸν περὶ τοῦ φαλκιδίου μέλλοντα διαγνώσκειν, καὶ ὑπὸν κατεδικάσθη, μὴ ὀφείλῃν παρακατασεῖν τὸν φαλκίδιον. μετὰ ταῦτα τῆς στρατιωτικῆς ἀπαλλαγῆς φυλακῆς ἐζήτει βασιλεῖα, ἐπειδὴ ἐν δεσμοῖς ὢν κατεδικάσθη, ἀνατρέψαι τὴν ἀπόφασιν. ὁ οὖν βασιλεὺς ἐπιστάμενος, ὅτι μία ἐστὶν αἰτία τῆς τῶν μειζόνων ἀποκαταστάσεως, τὸ ἐν δεσμοῖς ὄντα τινὰ ἀδικηθῆναι, ἀντέγραψε πρὸς αὐτὸν οὕτως· Εἰ διὰ τοῦτο παρὰ τῷ διατητῇ τὴν παρουσίαν τὴν σὴν οὐκ ἠδυνήθης ποιήσασθαι, ὅτι ἐν φυλακῇ στρατιωτικῇ κατὰ κέλευσιν τοῦ ἄρχοντος κατεσχέθης, καὶ τοῦτο ἐν ἀληθείᾳ εἶναι τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπιτοχίας ὑποδείξεις, λήρη τὴν τῆς δίκης ἀνανέωσιν.

L. 3. γ'. ἰ) Κανόνα Φαρμαστὸν ἢ διάταξις αὕτη παρῆς-  
C. II. 54. ἄγει, τὸν λέγοντα, ἐπὶ τῶν καλῇ πίστει συναλλαγμά-  
των καὶ τοὺς μείζοντας βοηθεῖσθαι. ἔχε οὖν ἐκ τῆς δια-  
τάξεως τὸν ἄμαχον κανόνα· ὅτι ἐπὶ πάντων τῶν καλῇ  
πίστει συναλλαγμάτων ἡ) καὶ οἱ μείζονες τῶν εἰκοσι-  
πέντε ἡ) ἐνιαυτῶν βοηθοῦνται. πρόδηλον δέ, ὅτι οὐκ  
ἀποκατάστασιν αἰτοῦσιν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸ τὸ ὀφείλον  
τοῦ δικαστοῦ αὐτοῖς βοηθεῖ.

L. 4. δ'. ο) Ἡ διάταξις βούλεται, τὰς πόλεις ζοικένας  
C. eod. τοῖς ἐλάττοις ρ) τῶν κέ. 4) ἐνιαυτῶν. καὶ διὰ τοῦτο,  
ἐν οἷς περιγράφονται, ἔχουσι τὴν τῆς ἀποκαταστάσεως  
βοήθειαν.

L. 5. ε'. Οἶδας, ὅτι τοῖς ἀχμαλωτισθεῖσι δίδονται τὸ τῆς  
C. eod. ὑποστροφῆς δίκαιον, ἵνα τῆς ἀχμαλωσίας ἐπανόντες  
πάντα τὰ ἀρχαῖα αὐτῶν ἀναλάβωσι δίκαια. κάκεινο δὲ  
οἶδας, ὅτι ἢ τοῖς τελείοις παρεχομένη ἀποκατάστασις  
ἐνιαυτῷ ὤρισμένῳ περικλείεται. ἐλθόμεν τοίνυν ἐπὶ τὸ  
προκειμένον. παῖδες μετὰ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐλήφθη-  
σαν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀχμαλωτοί. ἀλλὰ τελευτησάν-  
των τῶν γονέων αὐτῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις, ἐπανήλθον  
οἱ παῖδες, καὶ διὰ τοῦ δικαίου τῆς ὑποστροφῆς, ὅπερ  
ὁ νόμος εἰρηγήσατο, ἀναλαβόντες τὴν προτέραν αὐτῶν  
τύχην καὶ κατάστασιν, ἐγένοντο τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν  
κληρονόμοι, καὶ ἠβούλοντο τὰ τῶν γονέων αὐτῶν πρά-  
γματα ἢ ἐτέρων κατεχόμενα διεκδικῆσαι. καὶ προσήλ-  
θον βασιλεῖ περὶ τούτων καὶ ἀντέγραψεν αὐτοῖς ὁ βα-  
σιλεὺς οὕτως· Εἰ παρὰ τῶν πολεμίων μετὰ πατρὸς καὶ  
μητρὸς ληφθέντες, μετὰ ταῦτα τούτων ἐκείσε τετελευ-  
τηκότων, διὰ τῆς τοῦ Κορνελίου νόμου φιλοτιμίας  
ὑποστρέψαντες, τὴν διαδοχὴν τούτων ἐκτήσασθε, κατὰ  
μίμησιν τῆς ὤρισμένης ἀγωγῆς τῆς διδομένης τοῖς ἀπο-  
καθισταμένοις τ)

heres autem dicebat: trientem ex iudicio defuncti non habeo, et retineo, et ex Senatusconsulto non restituo. Sed replicabat fideicommissarius, licet testator trientem ei non reliquerit, ex fructibus tamen propter dilationem a testatore datam perceptis, heredi Falcidiam impleri. Quod cum heres negaret, arbiter datus est, qui inquireret, num fructus ei trientem impleverint, necne. Verum post datum arbitrum heres ab alio quodam accusatus, sub militari custodia fuit, et apud arbitrum de Falcidia cogniturum praesto esse non potuit: et adversus eum absentem pronuntiatum est, eum Falcidiam retinere non debere. Deinde militari custodia solutus petiit a Principe, ut sententiam rescinderet, quod, cum esset in vinculis, condemnatus esset. Princeps igitur sciens, unam esse causam restitutionis maiorum eam, si quis, cum in vinculis esset, laesus fuerit, ita ei rescripsit: Si idcirco apud arbitrum praesentiam tuam facere non potuisti, quod sub custodia militari iussu Praesidis detinebaris, idque in veritate esse Praesidi provinciae probaveris, accipies causae instaurationem.

III. Mirabilem iuris definitionem haec constitutio introducit, dicentem: in bonae fidei contractibus etiam maiores adiuvari. Tene ergo ex hac constitutione regulam minime oppugnandam: in omnibus bonae fidei contractibus maiores etiam vigintiquinque annis adiuvari. Manifestum vero est, restitutionem eos non petere, sed ipsum officium iudicis eis subvenire.

IV. Constitutio civitates similes esse vult minoribus XXV annis: et ideo, in quibus circumscriptae sunt, restitutionis auxilium habent.

V. Didicisti, captis ab hostibus dari ius postliminii, ut ex captivitate reversi omnia pristina iura sua recipiant. Hoc quoque nosti, restitutionem, quae maioribus conceditur, anno utili concludi. Veniamus igitur ad speciem propositam. Liberi cum patre et matre ab hostibus capti fuerant. Sed parentibus apud hostes vita defunctis liberi reversi sunt, et iure postliminii, quod lex introduxit, pristinam conditionem et statum recipientes, heredes parentibus extiterant, et parentum bona ab aliis possessa vindicare volebant. Principem ea de re adierunt, et Princeps ita eis rescripsit: Si ab hostibus cum patre et matre capti, postea his ibi defunctis, legis Corneliae beneficio reversi successionem eorum quaesivistis: exemplo utilis actionis, quae in integrum restituta datur .

. . . . .

h) Malim ἀποκαταστήναι. i) Fabr. ἐπληρώσῃς. k) Adderem ὁ ante κληρονόμος. l) Cap. 3. totum habet Theod. et Syn. p. 122. m) συναλλαγμάτων deest apud Theod. et in Syn. Leuncl. in marg. Syn. addidit. n) Syn. κέ. o) Etiam Theod. hoc cap. 4. habet, sed sub titulo sequenti repositum. Pro ἢ διάταξις βούλεται habet: τὰ δέοντα βούλεται. Male. p) Deest ἐλάττοις apud Fabr. Quod textui ex Theodoro inserui. q) Theod. εἰκοσιπέντε. r) Reliqua desiderantur.